

stella nunc humidum abundè excitat pro situ & motu suo,  
 sicut Iovianus Pontanus docet de rebus cœlestibus. Porro  
 Salmacidis Nympha fabula, non tam ad vitium aquæ  
 quam ad inertiam & desidiosum otium, quo vires homi-  
 num enervantur, referenda est. Erant enim Cares,  
 qui eo loco habitabant, homines desidia & luxuriae pleni,  
 ac fædis dediti libidinibus: unde & Hermaphroditi vulgo  
 appellabantur. nam Hermaphroditus dicitur non solum  
 qui utrumq; habet membrum, tam virile quam muliebre, phroditus  
 sed etiam qui utramque Venerem exercet. In eam fere quis sit.  
 sententia & Strabo exponit hanc fabulam libro XIV. ubi  
 sic inquit: Salmacis fons nescio quam ob causam infamis,  
 tanquam molliens eos qui inde biberint. Hominum enim  
 mollities uidetur non ab aere vel ab aqua causam trahere;  
 cum ea minimè sit causa molliciei, sed diuitia & vicius &  
 incontinentia. Atque haec Strabonis descripsio omnino  
 conueniens & accommodata est descriptioni Ovidiane.

Describitur enim primum ab Ovidio locus delitarum  
 & voluptatis, nempe:

Hic stagnum lucentis, &c.

Deinde describitur Nympha inertissimo otio & amorib-  
 bus dedita:

Nympha colit, sed nec venatibus apta, nec arcus  
 Flectere quæ soleat, &c.

Etenim haec omnia mollium & luxuriosorum hominum  
 propria sunt, sequi otium, pectere capillos, sese ad specu-  
 lum intueri, & illo docente vultum componere. Amor si-  
 quidem otiosa res est, &, quemadmodum ait Menander,  
 amat specula & flavas comatincturas, fugit labores.

Otium li-  
 bido & lu-  
 xuria ho-  
 mines e-  
 nervant.

Hermâ-  
 phroditus

quis sit.

Locus de-  
 litiarum.

Descriptio  
 desidiae &  
 amoribus

deditorū,

FAB. XII. FINIS ERAT &c,

De Mincidibus in vespertiliones.

Omnibus gentibus, etiam à verareligione alienis, semper persuasum fuit, diebus festis esse vacandum rebus non profanis, sed divinis. Dies enim festi destinati sunt divino dum rebus cultus. Hoe igitur exemplo, quanvis ficto, pueri deterren- di & profanis.